

Franckesche Stiftungen zu Halle

Einladung zur Feier des Reformationsjubiläums am Gymnasium in Stuttgart.

Gymnasium <Stuttgart>

Stuttgart, 02.11.1717

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-46347](#)

160

Q. F. ET F. S.
SECUNDUM
ECCLESIAE EVANGELICÆ
REFORMATIO^NIS PRIMORDIO,
JUBILÆUM,
*SINGULARI DIVINI NUMINIS INDULTU
AC PROVIDENTIA*
CHRISTIANO ORBI,
QUA QUIDEM RELIGIO LUTHERANO-EVANGELICA
VIGET,
CONCESSUM,
POST PUBLICAS SUPPLICATIONES,
ET SOLENNES ALIORUM PLAUSUS ET JUBILA,
SUAM QUOQUE VICEM
DEBITA CUM DEVOTIONE
CELEBRATURUM,
ILL. GYMNASIUM STUTGARDIANUM
AD
ACTUM DECLAMATORIUM
SUPER
ARGUMENTO TAM PIO AC PLAUSIBILI
INSTITUTUM,
ET IN AUDITORIO NOSTRO MAIORE,
TER TIO NOVEMBRIS DIE,
TEMPORE POMERIDIANO.
HABENDUM,
OMNES, QUOS METROPOLIS HÆC ALIT;
LITERARUM MÆCENATES, PATRONOS,
FAUTORES, ET CULTORES,
QUI EADEM NOBISCUM SACRA COLUNT,
DECENTI UNDIQUEVERSIM CULTU, VENERATIONE AC STUDIO INVITAT,
ANNO,
QUI IN HOC NÖMINE, NON SINE BONO
OMINE, CONTINETUR,
MartInUs LUtherUs Theologlæ DoCtor!

STUTGARDIÆ,
Ex Officina VIDUA ROESSLINIANA.

1717



L. B. S.

ET hoc ergo, quod Omnipotentis DEI singuli-
lari Providentiae & infinitae Clementiae ac Misericordiae
debemus, alterum à sui Reformatione Seculum, tam
varios inter casus & tot discrimina rerum, tandem elu-
cta est Evangelica Ecclesia. Quantopere igitur fas est,
ante omnia tam propitio Numini, tam benigno Statori
& Conservatori pro tam ingenti tamque multiplici be-
neficio agi gratias quantumpote maximas, & publice privatimque ejus præ-
dicari laudes, & quoddam quasi Epinicion cum plausibus & jubilis undique-
versim concini? Prætium nobis solenni ita Pietate & Supplicatione publica
per sacros jam Coetus non hujus modo Urbis & totius Patriæ nostræ; sed &
ubique locorum, ubi vera Religio viget. Litatum jam quoque Seculari huic
Festivitatii, prout per omnis ordinis Scholas & Literarum Seminaria sacris
nostris addicta: ita in illustri quoque hac Musarum fede; ubi Rostra no-
stra Divinis laudibus & pientissimis jubilis modo personuere. Quidni ergo
Pubes quoque nostra Gymnastica tam pia aliorum, tamque luculenta vetti-
gia pone quasi sequens, suo hic loci perfungi officio, & communii devotioni
suam conjungere gestiat? Etenim si id omni cum studio agere ad ullam
æstatem pertinet, pertinet ad eam, quæ literarum studiis initia; sive ulli Or-
dini, Scholastico cumprimis convenit, quibusunque modis ac modulis
celebrare isthoc tantum Boni, quod per D. Lutheri Ministerium ducentis
ab hinc annis divinitus indultum, si ullibi, ibi certe, ubi tenera ingenia ad
cultum veræ pietatis & bonarum artium instituuntur, maximum attulit fru-
ctum. Enimvero quo in statu aliquot retro seculis ante Reformationem,
& circa illa tempora, juxta Ecclesiam, Scholæ etiam & Res universim Litera-
ria fuerit, neminem, qui quidem in historia illius ævi non plane hospes fue-
rit, fugere potest. In eum videlicet & illa & hæc redactæ fuerant, ut
ob extremam depravationem utræque haud sane perfunditoria opus habue-
rint emendatione. Horret animus meminisse; pudet imo referre enor-
mia illa, turpia atque foeda, quæ Scriptores Romanæ etiam Ecclesiæ, quin
ipse Cardinalis Baronius in suis Annalibus de Seculo in primis Decimo à
Christo nato, & Sedis tum Papalis sordibus memoriae prodere non eru-
buere. Eat tantum hic loci tangemus, quæ nostri potissimum fori sunt, &
ex quibus manifestum est, quanta aliquot Seculis non Pietatis tantum &
genuinæ Veritatis penuria; sed & cum sacrarum, tum aliarum literarum
ruditas in Christiano orbe fuerit. Unde qui fieri aliter potuit, quam ut mul-
tifarii existerent errores, & ut in infinitos abusuum mæandros istorum tem-
porum homines prolaberentur, cum veræ lucis ex Verbo Divino necquic-
quam iis affulgeret, & cæcus quasi cæcum duceret. *Caveus integerius*
Rerum in Ecclesia gestarum Commentator, quæ qualisque Seculo XIV. status
in Ecclesia Scholisque facies fuerit, edifferat. Ita autem is, haud infelicius,
in-

inquit, post Christi nativitatem, si Decimum excipiatur, experta est Secu-
lum Ecclesia. Neglectum ibi meliorum literarum studium: & hinc effreni
mendicantium Ordinum intemperie; illinc futilibus controversis discissus
Christianus Orbis. Ab Ecclesia jam dudum, quidni ergo a scholis etiam?
exularat castioris Theologiae studium, salebrosisq; Scholarum rugis cesserat.
Evidem post incultam illam tot seculorum barbariem, & diuturnum il-
lum literarum squalorem paulo cultius tandem illuxit, Decimum nemp^o
Quintum Sec. quo liberalior doctrina, fugatis crassioris ignorantiae tene-
bris, quasi ab inferis emerit, & bonarum artium linguarumque studium
Orbi Christiano postliminio quasi redditum fuit; præcipuam ad hoc operam
conferentibus Viris quibusdam literatis, ex Græcia post expugnatam à
Turcis Constantinopolin fugatis; accedente insuper Typographiæ invento,
quod commodum ea in tempora inciderat. Neque tamen eo secius man-
fere in Ecclesia priores adhuc tenebræ; manfere eadem superstitiones in
Religione, iidem abusus in Clero, idem in Claustris torpor apud pleros-
que & studiorum neglegitus; &c, quod caput est, idem, si non major, ha-
bendi dominandique ardor in Romana Curia manserat. Et quanquam non
defuerint Viri pie cordati ac divinitus illuminati, qui nævios istos oppido
extantes erroresque gravissimos cernerent, ac ingenue detergerent, quin
& publice taxarent ac refellerent: his tamen, vel ad perpetuos carceres,
vel ad ipsum rogum damnatis, ora illico occledebantur. Sub primordiis
autem Seculi Decimi Sexti, medias inter falsitatem in Religione quasi te-
nebras, Deo mirifice favente ac juvante, Lux Evangelii clarius, quam
pridem antehac, emicuit; & fortius defensa fuit Veritas, quam ut Orcus
& Orbis opprimere eam potuerint. Posteaquam enim eo audaciæ, dicam-
mus, an impudentiæ? procecerat Romana Curia, ut suos hinc inde per
Germaniam quoque emitteret Indulgentiarum nundinatores, & putidis suis
mercibus ingentem quæstum faceret, indignitate rei tam frivolæ, tamque
profanæ, ita, ut par erat, commotus offensusque Beatus noster Luthe-
rus, Augustiniani tum quidem Ordinis Monachus, at Sacrarum Lingua-
rum Literarumque studio in paucis impensisime deditus, non potuit, quin
adversus tam enormes Papal's Aulae abusus excessusque insurgeret, pub-
liceque disputaret. Crevit deinde Zelus ille, de Cœlo utique accensus, &
ardentior subinde factus, eo brevi invaluit, eo rem perduxit, ut patefa-
cta Evangelii Veritas in omnes pene Europæ partes se diffunderet, & à to-
tis mox Regnis, Principatibus, Provinciis ac Civitatibus cupidissime accipe-
retur. Repurgatis Ecclesis, statim etiam in Scholas illud, quicquid novi
fuit Beneficii, redundavit, ut illis ad normam Sanioris Doctrinæ instauran-
dis non minus curæ studiique impenderetur. Ita quippe ipsi Lutheru nihil
prius fuit, quam ut illis locis, quæ otiosi infederant Monachi, bo-
nae artes suis cum Cultoribus introducerentur, probe gnaro, nec Eccle-
siam sine Scholis plantari, nec Scholas sine Ecclesia subsistere, nec Remp.
sine utrisque conservari & propagari posse. Ordinato sic ergo per Di-
vinam Gratiam & Lutheri Ministerium apud Saxones Religionis negotio;
ad plures, ut jam dictum, mox transiit amplectendæ ejus desiderium; nec
mora, in noctras quoque has Oras penetravit. Fuit tum ULRICUS, gene-
rosæ indolis Princeps, qui rerum in Ducatu hoc potiebatur. Hic Veritati
agnitæ non difficulter adstipulatus, eidem quidem, licet multas adhuc inter
difficultates & grandia obstacula, locum in his suis terris concessit, prima-
que ad Reformationem fundamenta jecit: tam ardui autem Operis perfe-
ctio Filio ejus CRISTOPHORO, o quanti animi, quantæque Virtutis Princi-
piæ debebatur. Qui utprimum fausto Patriæ fato Ditionum Paternarum
Regimeri suscepérat, pro eximia sua Prudentia ac Pietate, è re Ecclesiæ Rei-
que publicæ esse ratus, Scholas, hinc inde & Seminaria liberalium Artium
fun

fundari atque institui, exactis inertibus Cœnobiorum inquilinis, melioribus literis harumque Studiosis eas fides inhabitandas dedit, & præter puriorem Religionis Cultum & rectiora Studia, salutares quoque Leges & Civilia Statuta sanciendo, optimum Reipubl. Statum formavit, *Nume Wurtembergici* cognomen hoc ipso promeritus, sive Nominis in Baptismo non sine Omine acceptimisuram ex ase implens, dum Christum, ejusque unice salutarem Doctrinam in Ecclesiis Patrias, in Aulam suam, in Curias & Scholas, totumque adeo Ducatum hunc intulit, Illustri ad Posterorū & Successores Exemplo; quod & laudabiliter fecuti Illi, suis quique temporibus, inter primas Regiminis curas, gemina illa Patriæ *Palladia*, ceu publicæ salutis Pignora ac Præsidia, Ecclesiam nempe & Scholas, ac in utrisque veram Religionem in hunc usque diem, infinita quamlibet inter pericula, & Belli cumpromis tricennialis (quo alterum hoc a Reformatione seculum vehementissime perturbatum, quoque non tam Regio hæc nostra, quam Religio petita fuit) incommoda multo maxima & gravissima, sarta atque testa conservare studuerunt. Pro quo ineffabili Divinæ Benignitatis ac Providentiae munere, protulprimas, easque immortales primario ejus Autori atque Statori, DEO ter O. M.; ita secundas, & eas quoque maximas divinitus ad tam grande negotium jam inde à sui primordio usque ad hæc tempora vocatis aptatisque Instrumentis, cuiuscunque videlicet Ordinis Reformatoribus per inclitis, eorumque Successoribus omni jure debemus: ita par quoque omnino est, ut eas omni quidem tempore, omnique die exsolvamus nos pro se quisque omnes, quit tanto Beneficio usi haec tenus fruitique sumus: at nunc maxime id agamus, ubi inter jubila & gratatus publicos privatosque, pro celestis illius Depositis, Religionis nimurum Genuinæ restitutione & conservatione vota Solennia & solvuntur, & nuncupantur. Quo debitas undique versim Pietatis officio & nos hoc defuncturi Loco, pensa dicendi inter Nostratium Musarum Cultores, ita partiti sumus, ut, qui agmen ducit,

1. JOH. FRID. PFLEIDERER, Weibl. *Divinæ Providentiae ac Bonitati tribuat*, quicquid in tam arduo Religionis reformatæ negotio ab initio usque huc salutariter gestum, in prosa Latina prædicaturus.

2. JOH. CONRADUS KAUFFMANN, Hohenhaslac: subjungat Latiali metro, quid in tam momentoso Opere Hominibus acceptum ferendum.

3. JOH. CHRISTIAN. RIDERER, Stutg. *De objecto Reformationis, vera nempe Religione, Hebraico Idiomate peroret.*

4. JOH. AUGUSTUS MAIER, Weilting. Normam, juxta quam & reformatæ Religio, & reformatæ actu sit, Græco sermone indigit.

5. JOH. THEOPHILUS MÖGLING, Stutg. Effectum Reformationis frumentumque Gallice exprimat.

6. PETR. JACOBUS DÖRTENBACH, Biberacens. Italice varia Reformatiæ adjuncta exponat.

7. GEORG. CHRISTOPH. MEGERLIN, Stutg. Conditionem hominum sub Papatu cum statu moderno conferat metro Vernaculo.

8. JOH. GEORGIUS RIEDLIN, Ulm. Idem pene sub comparatione cum servitute Ægyptiaca & liberatione *Mosis* ostendens, Actum gratis votisque Germanica Lingua soluta claudat.

Egregius hic è Gymnastica Pube Octenio tam multiplicis Beneficii, Restitutæ nimurum & Propagatae Religionis potiora momenta atque commoda non in Ecclesiam mode & Scholas, sed in omnem quoque Christianum Orbum, cui ea quidem felicitas divinitus obtigit, redundantia, suam pro virilicem dilaudaturus, ea spe nititur, fore, ut post tot tamque disertos per Sacra, & Gymnastica hæc Rostra Oratores, sua etiam balbuties non ingrata prorsus sit, adesse dignaturis: præsertim cum, sin minus aliunde, varietate saltē Idiomatum, & dicendorum brevitate, gratiam singuli inituros se se ab Auditorio, confidant. P. P. Stutg. IV. Non. Nov. An. R. S. 1610. CC. XVII.